



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 8. Immerito proindè Appendix exclamat contra Manuductionem, docentem: quod recitatio vivax praedictarum formularum non sufficiat, ut peccator censeatur conversus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

§. VIII.

Immerito proindè Appendix exclamat contra Manuductionem, docentem : quod recitatio vivax predictarum formularum non sufficiat, ut peccator censeatur conversus.

Non rectè proindè exclamat Appendix tanquam doctrinæ monstrum fit, asserere oranti brevem ejusmodi precatiunculam non ilico semper conversionis donum concedi : hujusmodi doctrinæ monstrum protulit Augustinus, cum illa verba Ps. 6. *& tu Domine usquequo*, animæ esse dicit luctantis cum morbis suis, id est, vitiis, Deumque deprecantis, sed non statim exauditæ. Hujusmodi doctrinæ monstrum edidit & L. 4. c. 2. *Gregorius, dum dixit : Quibus peccata dominus in l. 1. reg. minantur per se ab eorum jugo liberari nequeunt. Nam sepe ad Dominum cum precibus veniunt, liberari petunt, sed exaudiri non possunt : Statim scilicet, uti id supra est expositum. Ab horum venerabilium Ecclesiæ magistrorum vestigiis ob ejusmodi dicteria non me patiar avelli.*